



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avgvstini Barbosæ I. V. D. Lvsitani, Protonotarii, Et
Ivdicis Apostolici designati pro Tribunali Nunciaturæ
Hispaniæ, ac insignis Ecclesiæ Vimaransenis Thesaurarij
Maioris, Collectanea Doctorvm, Qui ...**

Barbosa, Agostinho

Venetiis, 1643

10. Capitula Sede vacante nulli dent Reuerendas, nisi arctato occasione
obtinendi, aut obtenti beneficij Ecclesiastici, sub pœnis, & c.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14108

1. Vnde Syluest. verb. consecratio Pralatorum, Sbroz de of-
ficio vicarij lib. 2. quæst. 10. Iacob. de Graff in auctis de
eif. p. 1. lib. 2. cap. 97. n. 52. Rendina in promptuario recepti.
sentent. tit. 38. num. 13. Zerol. in praxi Episcop. part. 1. verb.
consecratio Pralatorum, Franc. Leo in thesauro fori Eccles. p.
1. cap. 3. num. 22. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. glof. 24. n. 141. Va-
ler. Reginald. in praxi fori panis lib. 32. tract. 2. n. 58. Cam-

pan. in diuerjuris canon. rub. 6. e. 6. n. 9. Vgolin. de officio Epi-
scopi, cap. 2. in princip. à n. 2. Molfes. in summa Theologia mo-
rub. tract. 6. e. 7. n. 47. Filiuc. tract. 41. de beneficio. e. 5. n. 23. vers.
& quida in primo, Castald. in praxi caremon. lib. 1. sect. 10. cap.
2. n. 3. Sebast. Casar. in relect. de Eccles. hierarchia p. 1. disp.
6. §. 2. n. 11. metipsum de officio, & potest. Episcopi, p. 2. alleg. 1.
num. 39. latius infra suff. 23. de reformat. cap. 2.

Capitula Sede vacante nulli dent reuerendas, nisi arctato occasione obtinendi,
aut obtenti beneficij Ecclesiasticis, sub pœnis, &c.

C A P V T X.

- 1 Doctores de materia cap. agentes,
- 2 Capitulum, seu eius Vicarius non potest infra annū dare dimissorias etiam ad primam consuram.
- 3 Capitulum non potest infra annum dare licentiam Episcopo commoranti in ciuitate vt ordinet Regulares,
- 4 Capitulum Sede vacante potest infra annum testimonium idoneitatis facere.
- 5 Capitulum Sede vacante ante lapsum anni potest facultatem concedere obtinenti licentiam à Sede Apostolica de suscipiendo Ordines cum licentijs sui Ordinarij, &c.
- 6 Vicarius Capituli Sede vacante non potest exequi commissiones Apost. in forma Dignum.
- 7 Nec potest expedire dispensationes matrimoniales directas Episcopo, & eius Vicario generali.
- 8 Vicarius Papæ potest Apost. Sede vacante dimissorias impartiri.
- 9 Capitulum post annum Sedis vacantis litteras dimissorias, & facultatem ordinandi concedere potest in Ecclesia vacante.
- 10 Dimissorias concedere post annum spectat ad Vicarium capitularem, & non ad Capitulum.
- 11 Episcopus si est notorie hæreticus, ad Capitulum Cathedralis Ecclesia pertinet facultas concedendi dimissorias,
- 12 Capitulum ex causis in Concilio expressis Ordinum interstitia remittere potest.
- 13 Concilium Prouinciale non potest restringere potestatem Capituli vt non concedat post annum litteras dimissorias.
- 14 Capitulum Sede vacante intra annum dimissorias ad Ordines dare non potest, nisi haberet territorium distinctum & exemptum.
- 15 Dimissorias litteras per eius Vicarium concedere potest Capitulum Sede vacante, arctatis beneficijs tam habitis, quàm habendis.
- 16 Arctati occasione beneficij recepti qui dicantur.
- 17 Arctati occasione beneficij recipiendi qui dicantur.
- 18 Vicarius Capituli Sede vacante concedens dimissorias intra annum incurrit tantum pœnam interdicti.
- 19 Quamuis is, cui concessit dimissorias, illis vsus non fuisset.
- 20 Ordinarij ad minores Ordines de licentia Capituli Sede vacante intra annum nullo priuilegio clericali, præsertim in criminalibus, gaudere debent.
- 21 An possint habere beneficium.
- 22 Verbum gaudeant, est futuri temporis.
- 23 Impedimentum hoc perpetuum non est, sed temporale.
- 24 Episcopus potest ratificare Ordines, quos accepit eius subditus absque suis litteris dimissorialibus,

a. Sess. 23.
c. 104. c. cum
nullus. de
temp. ord.
in 6.
b. Infra sess.
23. de refor-
mat. cap. 20.

Non licet Capitulis Ecclesiarum, a Sede vacante, a infra annum à die vacationis, & ordinandi licentiam, aut litteras dimissorias, seu reuerendas, vt aliqui vocant, tam ex iuris communis dispositione, quàm β etiam cuiusvis priuilegij, aut consuetudinis vigore, alicui, qui beneficij Ecclesiastici recepti, siue recipiendi occasione, γ arctatus non fuerit, concedere; si secus fiat, δ Capitulum contrariens, Ecclesiastico subiaceat interdicto; ε sic ordinati, si in minoribus ordinibus constituti fuerint, nullo priuilegio clericali, præsertim in criminalibus, ζ gaudeant: in maioribus verò ab executione Ordinum, η ad beneplacitum futuri Pralati, sint iplo iure suspensi.

1. Vnde Rebuff in praxi benefic. tit. de deuolut. num. 67. Em-
man. Sa in aphor. verb. Ordo num. 20. Card. Tolet. in in-
struct. sacerdot. lib. 1. cap. 49. num. 2. Nauarr. consil. 19. alijs 27.
& consil. 20. alijs 28. in nouis, de tempor. ordinat. Sayr in flori-
bus decif. sub eodem ritu. decif. 21. 22. & 65. Henriquez. in
summa lib. 10. c. 22. §. 3. Zerol. in praxi Episcop. p. 1. verb. Cap-
itulum, in principio. Salzed. ad Bernard. in pract. c. 26. verb. sine
licentia. vers. poterit tamen, Fr. Fmman. in sum. tom. 2. c. 14.
concl. 2. Thom. Valasc. tom. 1. alleg. 5. num. 12. Sanch. in
opusc. moral. tom. 2. lib. 7. cap. 1. dub. 20. num. 36. Petr. de Le-
desma in summa par. 1. tract. de Sacrament. Ordinis cap. 8.
concl. 3. Piafec. in praxi Episcop. par. 1. cap. 1. num. 13. Azor.
instit. moral. part. 2. lib. 3. e. 49. quæst. 5. Suar. tom. 5. de consur-
ris, disp. 31. sect. 1. num. 20. Fornar. de Sacramento Ordinis
cap. 4. num. 4. Rendina in prompt. recep. sentent. tom. 1. tit. 10. à
numero 1. Quarant. in summa Bullarij, verb. Capitulum Se-
de vacante, vers. decimo. quæro, Salzed. ad Bernard. in pra-
ct. cap. 26. littera C. in nouissim. edit. Franc. Leo in thesauro

fori Eccles. part. 3. cap. 8. num. 47. cum seqq. Campan. in diuer-
for iuris canon. rubric. 9. cap. 7. Aloyf. Rice. in praxi aucta re-
solut. 106. & in decif. curia Archiepiscop. Neapolitan. par. 4.
decif. 183. Bonacina de Sacrament. disp. 8. quæst. vnic. puncto
4. num. 22. Raguc. de voce Canonice. quæst. 39. num. 2. Bonacina
de suspension. in particulari disp. 3. quæst. 1. par. 1. ex nu. 25.
Nicol. Garc. de beneficijs p. 5. e. 7. num. 93. cum seqq. Monet. de
de commut. vltimarum voluntat. c. 10. nu. 164. cum multis seqq.
Cardoso in praxi Iudicum verb. Capitulum, num. 5. Molin.
de iustitia tract. 3. disp. 11. num. 3. Marcel. Vulpe in praxi
iudic. Eccles. cap. 8. num. 34. & cap. 44. num. 20. Homobon de
Bonis de examine Eccles. part. 1. tract. 2. cap. 1. quæst. 6. prope
fin. metipsum de officio, & potest. Episcopi par. 2. alleg. 7. nu-
mero 10. cum seqq. vbi numer. 23. resoluo dimissorias à
Capitulo Sede vacante rite, & recte datas non expirare
per ingressum moderni Episcopi, & num. 23. cum multis
teneo dimissorias huiusmodi semper valere tam videntur
te, quàm defuncto dante. Marchin. de Sacram. Ordin.
tract. 1.

- 1. *tract. 1. p. 6. c. 3. à num. 12. Valenzuel. conf. 107. num. 2. tom. 2.*
- 2. Capitulum, seu eius Vicarius Sede vacante non potest infra annum dare dimissorias, etiam ad primam tonsuram, vt resoluunt Quarant. d. verb. Capitulum Sede vacante, vers. decimo quarto, Et Emman. in sum. 10. 2. c. 1. 3. nu. 6. Maiol. de irreg. lib. 4. c. 2. num. 2. Nicol. Garc. de benef. p. 5. c. 7. num. 95. vbi additio, Aloyf. Ricc. in praxi aurea resol. 106. Monet. de comm. ult. volunt. c. 10. num. 173. Nisi concedat ei, qui est presentatus à patronis laicis ad beneficium Ecclesiasticum iuris patronatus ipsorum, vt illud obtinere valeat, secundum Nicol. Garc. d. c. 7. num. 93. Molles. in sum. Theolog. p. moralis tract. 6. cap. 7. num. 50.
- 3. Non potest dicto anno durante dare licentiam Episcopo commoranti in ciuitate, vel diocesi, vt ordinet Regulares, etiam prætio examine per ipsum Vicarium facti, ex Raguc. de voce Canonie. quæst. 39. num. 4.
- 4. Potest tamen Capitulum Sede vacante infra annum testimonium idoneitatis facere, vt tenent Nauarr. confil. 19. in antiq. alias 27. in nouis. de tempor. ord. Sayr. in florib. decif. sub eod. tit. decif. 21. Bonacina de Sacram. disp. 8. quæst. vlt. quæst. 4. num. 24. Et d. Junct. 1. nu. 24. Galet. in margar. casuum confitent. verb. Capitulum 5. Molin. d. tract. 5. disp. 11. num. 4. vers. quamuis. Marcel. Vulpe d. cap. 44. num. 21. Marchin. d. p. 6. cap. 3. num. 17. Et 18. Clarin. controuerf. forens. lib. 1. c. 36. num. 12. Ego ipse d. alleg. 7. num. 16. Quarant. d. vers. decimo quarto, limit. 3. Monet. d. cap. 10. num. 182. vbi refert modernum Curia Romanæ stylum habere vt Sede Episcopali vacante, ipse quoque testimoniales dentur ab Ordinario vicinore.
- 5. Potest quoque ante lapsum anni vacationis Sedis obtinenti facultate à Sede Apostolica de suscipiendo Ordines cum licentia sui Ordinarij huiusmodi facultatem subordinationatam concedere, vt tenent Nauarr. confil. 19. in antiq. alias 27. in nouis. de tempor. ordin. Piafec. d. cap. 1. num. 13. vers. Capitulum, Ego ipse d. alleg. 7. num. 14. Diana p. 5. tract. 10. resoluit. 49. vers. 3.
- Potest insuper anno durante Episcopo extero concedere exercitum Pontificatum, & ordinationem propriorum subditorum, non tamen subditorum vacantis Sedis, vt resoluunt Henriquez in sum. lib. 10. cap. 22. 5. 1. Quarant. d. verb. Capitulum Sede vacante, g. 11. Marc. Ant. Genuen. in praxi Archiep. Neapolit. cap. 87. num. 33. Piafec. loco proximo citato. Nauarr. confil. 27. de tempor. ordin. Molles. in sum. tract. 2. cap. 2. num. 28. Marchin. d. p. 6. cap. 3. num. 16.
- Sede Episcopali vacante pro suscipiendis Ordinibus infra annum non est adendum vicinior, vel Metropolitanus, sed & deunda est Sedes Apostolica, vt refert decifum Nicol. Garc. part. 5. cap. 7. num. 93.
- Vicarius Capitularis Sede vacante executioni demandare potest litteras Episcopo per S. Congregationem directas, & ab illo non exequutas, vt per Aldan. in compend. resolut. canon. lib. 2. tit. 3. num. 1. vbi dicit ita fuisse decifum in S. Congreg. Episcop. sub die 10. Aprilis 1615.
- 6. Vicarius huiusmodi Capituli Sede vacante non potest exequi commissiones Apostolicas in forma Dignum, & alias directas Episcopo, vel eius Vicario generali intuitu officij, vel sub nomine dignitatis, ex eodem Aldan. citato loco, vbi testatur resolutum sub die 2. Augusti 1631.
- 7. Nec potest expedire dispensationes matrimoniales directas Episcopo, & eius Vicario generali, vt contra Sanchez de matrim. lib. 8. disp. 27. à num. 29. tenet Aldan. d. loco, referens decifum sub die 24. Maij 1621. Et sic iam hodie Capitulum Sede vacante exequi non potest causas Vicario Episcopi delegatas, nisi in commissione exprimeretur nomen diocesis tantum, v. g. Vicario Bracharenfis, quia dum Sedes vacat, Vicarius est officialis illius diocesis, ita nouissime Marcel. Vulpe in praxi iudic. fore. eccles. cap. 44. num. 6.
- 8. Vicarius Papæ non prohibetur etiam statim post vacantem Sedem Apostol. dictas dimissorias impartiri, eo quod hoc decretum minime restringit iurisdictionem Sedis Apostol. quamuis vacantis, prout resoluunt Maiol. d. irregul. lib. 4. cap. 6. Henric. lib. 10. cap. 22. §. 3. Salzed. d. cap. 26. lit. C. vers. poterit. Campan. d. cap. 8. nu. 6. Ego ipse d. allegat. 7. num. 13. Marcel. Vulpe d. cap. 8. nu. 34. Et d. cap. 44. num. 10. in fine.

- 9. *Infra annum, &c.* Capitulum post annum Sedis vacantis litteras dimissorias, & facultatem ordinandi concedere potest in Ecclesia vacante, sicut decifum attestatur Nicol. Garc. d. p. 5. cap. 7. num. 93. quæ profunt etiam finita Capituli auctoritate, Bonacina d. puncto 11. num. 27. Alzed. p. 2. cap. 5. num. 95.
- 10. Dimissorias post annum concedere spectat ad Vicarium Capitularem, & non ad Capitulum, vt resoluunt Aldan. d. tit. 3. num. 5. referens sic fuisse resolutum in S. Congreg. Episcop. in Neapolitana sub die 12. Ianuarij 1604.
- 11. Episcopus si est notorie hæreticus, ad Capitulum Cathedralis Ecclesie pertinet facultas concedendi dimissorias, vt refert decifum Nicol. Garc. d. p. 5. cap. 7. num. 93.
- 12. Capitulum Cathedralis, non autem eius Vicarius, in casibus, in quibus eidem Sede Episcopali vacante licet per hoc decretum dimissorias concedere, potest etiam ex causis in Concilio expressis Ordinem interstitia remittere, ex Aldan. d. tit. 3. num. 6. vbi refert sic decifum sub die 17. Maij 1600, & ibi etiam habetur Vicarium Capituli non posse etiam ex causis in Concil. expressis Ordinem interstitia remittere, cum non possit magis, quam Vicarius Episcopi.
- 13. Concilium Prouinciale non potest restringere potestatem Capituli, vt scilicet non concedat post annum litteras dimissorias ordinandis ad titulum patrimonij, vel pensionis, sed hac in re obseruandum est cap. 2. sess. 21. de reform. quod docet, obtinentes patrimonium, vel pensionem non promouendos, nisi Episcopus pro necessitate, vel commoditate suarum Ecclesiarum indicauerit eos assumendos esse, vt refert decifum Garc. d. par. 5. cap. 7. num. 93.
- 14. *Etiam cuiusvis privilegij, &c.* Non posse Capitulum Sede vacante infra annum dimissorias ad Ordines dare, etiam si haberet territorium distinctum & exemptum ob immemorabilem possessionem, & sint iudices ordinarij, ita Quarant. d. verb. Capitulum Sede vacante, vers. decimo quarto, Aloyf. Ricc. in decif. curia Archiep. Neapol. decif. 185. p. 4.
- 15. *Arctatus non fuerit.* Arctatus beneficijs tam habitis, quam habendis posse Capitulum Sede vacante per Vicarium ab eo electum infra annum litteras dimissorias concedere, tenent Salzed. d. cap. 26. lit. C. vers. poterit, Garc. d. p. 5. cap. 7. à num. 96. Molin. d. tract. 5. disp. 11. num. 4. vers. quamuis. Zerol. in praxi Episc. p. 1. verb. Capitulum, in princ. vers. secundum. Quarant. d. vers. decimo quarto, Monet. d. p. 10. num. 180. vbi resolutum posse huiusmodi Capitulum pro arctatis litteras dimissorias ei concedere, qui habeat Episcopum, à quo ratione originis, domicilij, aut alterius beneficij copatibilis ab eo recepti illas posset obtinere.
- 16. Arctati occasione beneficij recepti illi dicuntur, qui obtinent aliquod beneficium requirens beneficium personale, ratione cuius de iure, consuetudine, privilegio, statuto Ecclesie, vel fundatione infra annum tenentur se promoueri facere, vt resoluunt Nieol. Garc. d. p. 5. cap. 7. num. 98. Vgolin. de potest. Episc. cap. 26. §. 201. num. 4. vers. Et primo. Aloyf. Ricc. in praxi aurea resolut. 98. exemplificantes in eo, qui obtinet parochialem Ecclesiam, quod sit arctatus ad sacerdotium intra annum, & in eo qui obtinet canonicatum ad Ordinem illi annexum, & in aliquibus beneficijs, seu capellanjs requirentibus ex institutione seruitium personale, seu aliquem Ordinem, late Monet. de comm. ult. volunt. c. 10. num. 166. cum multis segg. vbi cum Garc. & Vgol. locis citatis, idem eadem ratione dicendum putat, vbi Ordo suscipiendus beneficio est ita annexus, vt tempore provisionis in eo constitutus esse debeat, qui beneficium obtinet, sed impetrans dispensatus fuit, vel hoc non obstante huiusmodi beneficii posset obtinere, vel vbi in litteris contineretur claus. Non Obstantibus aliquibus, &c. per qua effectus gratia nostra impediri valet, quomodolibet, vel differri, aut simili.
- 17. Arctati vero occasione beneficij recipiendi illi dicuntur, qui habent ius, seu sunt vocati ad aliquod beneficium vacans, seu capellaniam, quæ tamen requirit actum certum Ordinem, quo illi carent. Vel illi dicuntur, qui cum sint ordinati prima tonsura, sunt presentati ad beneficia a Aloyf. Ricc. d. resolut. 98. Monet. d. p. 10. num. 173. Vgol.

- Vgol. d. §. 20. num. 5. Nicol. Ricc. d. cap. 7. num. 99. & 100. vbi num. 101. tenet electum in concursu ad beneficium curatum, cuius collatio faciendâ est à Papa, non posse interim dici arctatum, tam occasione beneficii recepti, quam recipiendi; & num. 102. pariter resoluit non dici arctatum occasione beneficii recipiendi illum, cui aliquis vult resignare aliquod beneficium requirens actu Ordinem, quo ille caret, de quo etiam Aloyf. Ricc. d. resolut. 98. numero 2. & 3. ac Monet. d. capitul. 100. num. 176.
18. §. Capitulum contrahens, &c.] Vicarius Capituli Sede vacante concedens dimissorias intra annum, non incurrit pœnam suspensionis per annum, iuxta cap. 10. sess. 23. sed tantum pœnam interdicti, iuxta hoc decretum Franc. Leo in thesauro fori ecclies. p. 3. cap. 8. num. 48. Molin. d. tract. 5. disp. 11. num. 4. ita quod non prohibeatur concedere alias dimissorias, Rot. in Burgen. Canon. 17. Octobr. & 28. Nouembris 1586. coram Giptio, vbi etiam fuit dictum quod casu, quo hoc decretum imponeret pœnam suspensionis, alias tamen dimissorie datæ post annum valent, si non sit declaratus suspensus, sed sit occultus, & toleratus.
19. Vicarius Capituli Sede vacante concedens intra annum dimissorias, incidit in pœnam huius decreti, quamuis is, cui concessit, vñs non fuerit, nam actus fuit perfectus quoad concedentem, per quem non stetit, vt refert decisum Nicol. Garc. in addis. ad d. cap. 7. num. 92. Marchin. d. p. 6. cap. 3. num. 15.
20. §. Et sic ordinati, &c.] Ordinatos ad minores Ordines de licentia Capituli Sede vacante intra annum nullo privilegio clericali, præsertim in criminalibus, gaudere debere, tenet Nauarr. consil. 20. alias 28. in nouis, sub tit.
- de tempor. ordiis. Sayr. in floribus decis. sub eod. tit. decis. 22. in princ. Henric. in summ. lib. 13. cap. 38. §. 2. lit. C. Quarant. in sum. Bullarij, verb. Ordo, vers. secundo limita, Tolet. in instruit. Sacerd. lib. 1. cap. 49. vers. secunda, Less. de iustit. lib. 2. cap. 34. sub num. 94. Mart. de iurisd. p. 4. casu 149. num. 8. Campan. in diuersis iuris Canon. rubr. 9. cap. 2. num. 9. Thom. Valasc. com. 1. alleg. 45. num. 19. & 20. Franc. Leo d. p. 3. e. 8. num. 47. Marchin. d. p. 6. cap. 3. num. 13. vbi subdit hanc priuationem privilegij clericalis hodie non incurri nisi post iudicis declarationem, iuxta constitutionem S. D. N. Urbani VIII. contra male promotos, Ceuall. commun. contra commun. tom. 4. quest. 897. num. 1031. vbi dicitur textum in præfenti loqui de ordinato ab Episcopo alieno cum litteris inferiorum Prælatorum.
- An possint sic ordinari habere beneficium? vide Flamin. Paris. de resignat. benef. lib. 4. quest. 2. num. 58. Nauarr. loco proximè citato, Quarant. d. verb. Capitulum Sede vacante, quest. 10. vers. hinc contingit.
- §. Gaudens.] Hoc verbum esse futuri temporis, ac proinde per illud non infligi ipso iure pœnam, resoluit Nauarr. d. consil. 28. Sanchez de maxim. lib. 7. disp. 46. num. 18.
- §. Ad beneplacitum futuri Prælati.] Impedimentum hoc perpetuum non esse, sed temporale, donec scilicet aliud placeat futuro successori, tenet Salzed. d. cap. 26. verb. sine licentia, vers. has autem dimissorias, Soar. tom. 5. de censur. disp. 31. sect. 1. num. 20. Petr. de Ledema p. 1. tract. de sacram. Ordinis, cap. 8. concl. 5.
- Poste Episcopum ratificare Ordines, quos accepit eius subditus absque suis litteris dimissorialibus, dicit Fr. Eman. in summ. tom. 2. cap. 14. num. 13. contra Rebuff. in praxi benefic. tit. de forma lit. dimiss. num. 9.

Facultates de promouendo, continere debent expressam causam, ob quam alienum accedere debeat Episcopum.

C A P V T X I.

1. Doctores de materia cap. agentes.
 2. Facultatem habens à Papa promouendi à quocunque, non potest promoueri ab Episcopo in aliena diœcesi sine licentia Episcopi illius diœcesis.
 3. Facultas suscipiendi Ordines à quocunque sine dimissorijs proprijs Episcopi non censetur reuocata, quamuis causa concessionis cesset.
 4. Regularis Superior quomodo subdito Regulari dimissorias ad Ordines concedere debeat.
 5. Dimissorie nemini non examinato concedenda.
- Et in dimissorijs causa rationalis exprimenda, quare proprijs Episcopus dimittens nolit, aut nequeat dimissum ordinare. ibid.

Facultates de promouendo à quocunque, non suffragentur, a nisi habentibus legitimam causam, ob quam à proprijs Episcopis ordinari non possint, in litteris exprimendam: & tunc non ordinentur, nisi ab Episcopo in sua diœcesi residente, aut pro eo Pontificalia exercente, & diligenti prauo examine.

1. **V**ide Piafec. in praxi Episc. p. 1. c. 1. num. 12. pag. 29. Campan. in diuersis iuris Canon. rubr. 9. cap. 7. num. 4. Thom. Valasc. allegat. iuris tom. 1. alleg. 5. num. 52. cum seqq. & faciunt per me adducta de offic. & potest. Episc. p. 2. alleg. 7. num. 18. cum seqq. & præcipue num. 21.
 2. Facultatem habens à Papa promouendi à quocunque, non potest promoueri ab Episcopo in aliena diœcesi sine licentia Episcopi illius diœcesis per hoc decretum, nisi Episcopus illius diœcesis constitueret suum Vicarium illum Episcopum exterum vt pro se promoueat, sicut non sufficit simplex licentia, sed constitutio in sui locum requiritur, vt probatur ex hoc cap. ibi, vel ab eo quod pro eo, &c. ita decisum refert Aldan. in compendia Canon. resolut. lib. 1. tit. 4. num. 3.
 3. Causa verò, qua adductus Papa licentiam largitus est suscipiendi Ordines à quocunque sine dimissorijs proprijs Episcopi, si postea cesset, non propterea censenda est reuocata prædicta facultas, vt nequeat amplius impetrans ea vt, sequè promoueri facere à quo maluerit, ita decisum refert Campan. d. cap. 7. num. 5.
- Superior Regularis, qui litteras dimissorias subdito item Regulari ad Ordines dare debet, ad Episcopum diœcesanum illius monasterij, in cuius familie ab ips. ad quos pertinet, is Regularis positus est, tenetur Episcopo diœcesano absente, vel ordinationes non habente, ad quemcumque alium Episcopum illi dimissorias absque fraude concedere, expressa in illis huiusmodi causa absentia diœcesani Episcopi, vel ordinationum ab eo non habendarum, dum tamen ab eo Episcopo, qui Ordines contulerit, examinetur quoad doctrinam; contrahentes autem officij, & dignitatis, seu administrationis, ac vocis actiue, & passiuæ priuationis, ac alias arbitrio Sanctissimi referuata s pœnas incurrent; ita Clemens VIII. inuolubiliter obseruari mandauit sub die 15. Martij 1596. vt refertur Capuccin. in addit. ad compend. verb. Ordines sacri. §. 4. in fine. Piafec. in praxi Episcop. part. 1. capit. 1. numer. 14. Vgol. de officio Episcopi, cap. 26. §. 20. num. 8. Campan. in diuersis iuris Canonici rubr. 12. cap. 13. num. 37.